



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

34 Iuspatronatus est mere spirituale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

eod. comment. ¶ vers. quod verò hæc.

33 Quid autem, si ex alio delicto uni-
versitas bonorum alicujus habentis juspa-
tronatus per judicem laicum confisca-
retur? An transeat cum universitate
bonorum? & videtur, quòd sic, per gloss.
in cap. filii, in ver. propinquus, 16. quest. 7.
quam sequitur. Abb. in cap. quanto, num.
9. de jud. & in cap. cum laici, & cap. nobis,
num. 3. de jur. patr. & Roch. de Cur. in
tractat. de jur. patr. sub ver. ipse, vel 15. n.
66. 67. & 68. contrariam tamen opinio-
nem tenet. gloss. in clem. pastoralis. in
verb. subiectæ, quam sequitur, Abb. n. 13.
ubi etiam Jac. & Imol. de re jud. Felin.
in eod. cap. quanto, num. 3. de jud. Card.
in clem. 2. quest. 8. de jur. patr. & Jas. l. si
non sortem, §. libertus, num. 25. ff. de cond.
indeb. & novissima post Simanc. & Gi-
gan. Caball. in cent. resolut. crimin. cas.
40. sub num. 8. & hæc est communis o-
pinio, à qua in judicando non est rece-
dendum, quia melioribus rationibus est
fulta Non enim valuit confiscatio in odi-
dium regis Roberti facta ab Imperatore
de feudo, ex quo feudum non erat tem-
porale, d. clem. pastoralis, de re jud.

34 Nam juspatronatus, si non merè ¶
spirituale, est tamen spirituali annexū, c.
quanto, & ibi gloss. & Abb. num. 1. &
Felin. num. 3. de jud. cap. de jure, extr. de
jur. patr. & Roch. de Cur. in tract. de jur.
patr. super verb. jus, num. 2. & conexo-
rum idem est iudicium, cap. translato. de
constit. dict. cap. quanto, & cap. de jure,
& sequitur naturā spiritualis, quia juris-
patronatus causæ, non nisi à iudicibus
ecclesiasticis valent diffiniri, d. cap. quan-

to, in fin. & ibi Abb. nu. 3. & num. 6. de
jud. & Roch. de Cur. eodem num. 2.

¶ Ideò, cum iudex laicus sit incapax
cognitionis causæ juspatronatus, licet
possit confiscare universitatem bonorum
profanorum, secus tamen est de bonis
spiritualibus, aut spirituali annexis, quæ
spirituali tantummodò jurisdictioni sub-
jiciuntur, cum ei non liceat falcem suam
in alienam messem imponere, & impo-
nendo, gesta nulla, irrita, & inania esse
noscantur, d. clem. pastoralis, §. cum, & si.
& §. ut igitur, de re jud. & quòd ad juspa-
tronatus, sententia iudicis laici conde-
mnatoria est nulla, & non nocet conde-
mnato, quia, quod nullum est, nullum
fortitur effectum.

36 Amittitur tamen ¶ juspatronatus per
confiscationem omnium bonorum au-
thoritate iudicis ecclesiastici factam, non
autem quòd juspatronatus transeat in fi-
scum, quia talis translatio esset præjudi-
cialis Ecclesiæ, in cuius favorem, defici-
entibus successoribus, extinguitur juspa-
tronatus, sed remanet beneficium libe-
rum, & ad liberam collatoris dispositio-
nem, ut tenent Card. Imol. & Ant. quos
refert Roch. de Curt. dicens, hanc opinio-
nem, quòd Ecclesia remaneat libera, esse
æquiolem, super eod. ver. ipse, vel in, n. 36.
& si transiret in fiscum periret spes libe-
ratis beneficii, quia fiscus nunquam mo-
ritur, & eadem ratione juspatronatus
non transiret in fiscum cum universitate
bonorum propter crimen hæresis, sed li-
beratur beneficium, ut per Felin. in eod.
cap. argentū, de hæret. cum aliis supra al-
legat.